

*Pin.* 121. *Trifolium corniculatum primum, Merc. Bot. i. 74. Phyt. Brit. 124. Birdsfoot Trefoil.* In pascuis ubique. Junio floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* Anodyna, Antambusta, & emollens seu maturans est, ut scribit *Mont.*

## APPENDIX

AD

## LEGUMINA.

## XXX. De Split.

**N**Otæ sunt, Flores spicati ad Papilionaceos accedentes, calcaribus retrorsum productis, quorum medio circiter tubo pediculus inseritur, siliquæ bivalves, folia dissecta aut pinnata, *R. H. p. 974.*

*A. Fumaria bulbosa, Offic. Schrod. iv. 73. Fumaria bulbosa radice cava major, C. B. Pin. 143. Raii Hist. i. 975. Boerb. Ind. A. 309. Elem. Bot. 334. Dill. Cat. Giff. 40. Tourn. Inst. 422. Fumaria bulbosa, radice cava, flore purpurascens & albo, J. B. iii. 204. Fumaria tuberosa major, radice cava, Hist. Oxon. ii. 261. Radix cava major alba & purpurea, Ger. 931. Emac. 1090. Radix cava major flore albo & carneo, Park. Parad. 275. Aristolochia cava, Fumaria bulbosa, Mont. Ind. 37. Split radice rotunda cava, Rupp. Flor. Jen. 216. Pseudo-fumaria, Rivin. Irr. Tetr. Great Hollow Root. Colitur in hortis. Aprili floret. Ufu. Radix. Vires. Calfacit, ficit, abstergit, substringit, aperit. Hepatica est, Uterina, Alexipharmaca, sudorifica, diuretica, & vulneraria. Usus præcip. in ciendis mensibus, lochiis; foetum mortuum expellit, Ictero medetur, sanguinem mundificat, adeoque & Scabiei succurrit. Extrinsecus commendatur quam maxime ad vulnera etiam inveterata, & fistulosa, utpote quæ mundificat & consolidat; ad Scabiem, ad dolores podagricos (à frigidis humoribus) ad sanguinem coagulatum in contusionibus, ad putredinem oris, Schrod. Officinas perperam hac pro Aristolochia rotunda usas, notius est quam referri aut refelli debeat, Chab. 378.*

## SECTIO VIGESIMA PRIMA.

## De Herbis Pentapetalis vasculiferis.

**T**itulus his pro Nota characteristica sufficit, *R. Meth.*

*Florem Pentapetaloidem dicimus potius quam pentapetalon, quia folia seu petala florem componentia ad unguem juncta sunt, adeo ut flores integri decidant, R. Meth. p. 144.*

Herbæ Pentapetalæ sunt

- Veræ, i. e. petalis ad unguem disjunctis, foliis integris in caule conjugatim dispositis, flore pentapetalo, terrestres, calice integro, concavo seu fistuloso,
  - Oblongo & cylindraceo; petalis margine extremo incis; vasculo itidem seminali cylindraceo, angustifolia, folio glauco, gramineo, seminibus compressis, rugosis, nigris: *Caryophyllus.*
  - Tumidiore; pericarpio pyriformi; summa parte per maturitatem se aperiente in oras dentatas, seminibus turgidioribus, florum petalis bifidis: *Lycbuis.*
- Ad modum floris expanso in plura segmenta
  - Fruticosa, superficie perenni; flore specioso, caduco, majores & elatiore, capitulis pentagonis: *Cistus, Ledum.*
  - Herbacea, superficie annua; seminis conceptaculo
    - E tribus carinis composito; flore flavo; comâ trita velut cruentante: *Hypericon.*
    - Bivalvi, flore itidem flavo, foliis falcatis oblongis, ad genicula interdum ternis aut quaternis: *Lysimachia.*
    - Simplici, femina in medio sita exterius protegente; florum petalis
      - Disjunctis, bifidis, colore albis: *Alfina.*
      - Ad unguem junctis, integris; in singulis foliorum alis singulis: *Anagallis.*

In caulibus nullo aut alterno ordine positus, vasculo seminali,

Simplici,

- a { Simplici, i. e. non diviso in loculamenta, quod per maturitatem horizontaliter rumpitur; flore flavo, calice bivalvi; foliis crassis, lævibus, extremis subrotundis; *Portulaca*.
- Diviso in loculamenta,
- Bicorni; foliis
- { Teretibus, crassis, succulentis: *Sedum*.  
 { Minus succulentis, subrotundis, crenatis: *Cotyledon*.
- Tricocco, flore pentapetalo,
- { Uniformi, specioso, feminibus mollissima lanugine candida intermixta: *Xylon*.  
 { Difformi, calcari donato, odorato: *Viola*.
- Pentacocco, loculamento vel
- { Rostrato: *Geranium*.  
 { In quinque cellulas plura semina continentes diviso, suntque vel
- { Corniculato, i. e. singulis loculamentis summa parte corniculatis: *Nigella*.  
 { Plano, calice tumido & velut inflato vesicæ instar, flore specioso: *Alcea Indica*.
- Decem, totidem semina continentia dispartito; flore caduco; feminibus oblongis, compressis, splendentibus, colore melino: *Linum*.

Anomalæ, five petalis ad ungues junctis

- Terrestres, foliis
- Integris, caulibus
- { Nudis, flore & tubo oblongo in quinque laciniis seu folia bifida expanso; foliis rugosis, texturæ rarioris; floris calice oblongo, concavo, striato: *Paralyfis*.  
 { Foliis vestitis
- { Adversis seu binis in caulibus oppositis
- { Siliquosæ, succo limido,
- { Lanigera & elatior, flore parvo, siliquis singularibus, Ciconiæ rostrum referentibus: *Asclepias*.  
 { Humilior, provoluta & repens, foliis glabris, flore amplo, siliqua bicorni: *Clematis*, *Daphnoides*.

a b c d

- a b c d { Pericarpis semine minutissimo refertis, floribus in summis caulibus & ramulis crebris, sapore amaro insignes, flore è tubo oblongo in quinque segmenta acuta expanso: *Centaurium Minus*.  
 { Alternis, floribus in thyrsis oblongis confertis, pericarpio bivalvi turbinato: *Verbascum*.  
 { Ternis in uno pediculo, vasculo pentagono, sapore acido: *Lujula*.  
 { Aquaticæ, foliis
- { Ternis, floribus in thyrsis speciosis: *Trifolium paludosum*.  
 { Integris, subrotundis,
- { Flagellis reptatricibus, in alis foliorum florens: *Nummularia*.  
 { Caulibus nudis erectis, floribus albis unam partem spectantibus, vasculis seminibus oblongis, feminibus minutissimis repletis: *Ros Solis*.

*Herbæ pentapetalæ foliis in caule ex adverso binis.*

### I. De Caryophyllo.

*Notæ sunt, Calyx floris oblongus, cylindraceus, lævis, integer, in margine duntaxat summo dentatus, vasculum itidem continens oblongum, cylindraceum; Petala margine extremo incisa aut laciniata; semine compressa, rugosa, per maturitatem nigra, R. H. p. 986.*

A. 1. Caryophyllus ruber, *Vetonica*, *Tunica*, *Offic.* Caryophyllus hortensis pleno rubro, *Park. Parad.* 306. Caryophyllus multiplex, *Ger.* 472. *Emac.* 588. Caryophyllus hortensis, *Raii Hist.* ii. 986. Caryophyllus altis major, *C. B. Pin.* 207. *Hist. Oxon.* ii. 561. *Tourn. Inst.* 350. *Elem. Bot.* 279. *Boerh. Ind. A.* 217. *Betonica coronaria sativa*, five Caryophylleus flos, *J. B.* iii. 327. *Globe Tulip Flower.* In hortis colitur. Julio floret. *Ufu est Flos. Vires.* Cephalici flores sunt ac Cordiales. *Ufus præcip.* in Vertigine, Apoplexia, Epilepsia, Paralyfi, aliisque capitis & nervorum affectibus. In Syncope, ac Palpitatione.

pitacione cordis: fugant Lumbricos, allevant partum. In Ventriculi imbecillitate, Cardialgia, Febribus pestilentibus, &c. *Schrod.*

A. 2. Caryophyllus flore simplici, *Offic.* Caryophyllus hortensis simplex, flore majore, *C. B. Pin.* 208. *Tourn. Inst.* 331. *Elem. Bot.* 279. Caryophyllus simplex major, *Ger. Emac.* 590. Betonica coronaria sive Caryophyllus flore simplici fativus, *J. B. iii.* 328. **Single Pinks.** In hortis à satione feminis oritur. Julio floret. *Usu.* *Vires.* Cum priore viribus convenit, sed mitior aestimatur.

A. 3. Caryophyllus sylvestris, *Offic.* Caryophyllus sylvestris vulgaris latifolius, *C. B. Pin.* 209. *Tourn. Inst.* 333. Betonica coronaria sive Caryophyllus sylvestris vulgatissimus, *J. B. iii.* 334. Betonica coronaria vulgatissima, *Chab.* 441. Armeria alba, *Ger.* 478. *Emac.* 597. *Raii Hist.* ii. 990. An Armerius latifolius flore rubro, saturo, holoserico, *Park. Parad.* **White Pinks.** In pascuis, & incultis, Junio floret. *Usu.* Succus. *Vires.* Cum aqua Ononidis, & florem Lili Convalli, calculum atterit, & comitialibus prodest, *J. B.* Flores in nonnullis Officinis male pro Caryophyllo hortensi substituantur, *Buxb.*

A. 4. Caryophyllus barbatus, *Offic.* Caryophyllus hortensis barbatus latifolius, *C. B. Pin.* 208. *Tourn. Inst.* 333. *Boerb. Ind. A.* 218. Caryophyllus barbatus, hortensis, simplex, latifolius, *Hist. Oxon.* ii. 563. Betonica coronaria latifolia petrea flore punctulis albis notato, *J. B. iii.* 333. Armeria rubra latifolia, *Ger.* 479. *Emac.* 598. *Raii Hist.* ii. 991. Armerius latifolius simplex, flore rubro, *Park. Parad.* 319. **Sweet Williams.** In hortis colitur. Junio floret. *Usu.* Hujus usum introduximus Monbelgardi ad panni, sc. lanci maculas tollendas, si (cujuscunque generis is fuerit) hujus herba fricetur, deinde limpida aqua abluatur, *J. B.*

## II. De Lychnide.

**N**otæ sunt, Calyx floris integer, striatus, & tumidior; vasculum seminale pyriforme, summâ parte se aperiente in oras dentatas, seminibus turgidis repletum, *Raii Synop.* p. 139.

A. 1. Behen album, *Offic.* *Ger.* 550. *Emac.* 679. *Mer. Pin.* 14. Behen album Monspelianum & Officinarium, *Merc. Bot.* i. 23. *Phyt. Brit.* 14. Been album Officinarium, *J. B. iii.* 356. Lychnis sylvestris, quæ Been album vulgo, *C. B. Pin.* 205. *Raii Hist.* ii. 998. *Synop.* iii. 337.

*Tourn. Inst.* 335. *Elem. Bot.* 281. *Buxb.* 201. *Dill. Cat. Giff.* 110. *Boerb. Ind. A.* 211. Lychnis sylvestris perennis, quæ Been album vulgo, *Hist. Oxon.* ii. 535. Papaver spumeum vulg. *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 387. Papaver spumeum, sive Ben album vulgo, *Park. Theat.* 263. Muscipula pratensis vesicaria, *Rupp. Flor. Jen.* 100. **Spatling-Poppy, or White Ben.** Inter segetes. Julio floret. *Usu.* Radix, quæ modernis Behen album nominatur ad differentiam alterius, quod rubrum dicitur, quodque Limonium Herbariis censetur, ut superius ostendimus: neutrum tamen verum Been Arabum est. Non veteribus solum, ut in Capite de Limonio ostendimus, sed etiam modernis, quid sint hæ radices inter se minimè convenit; alii enim Behen album Lychnidis sylvestris, quam *Lob.* Papaver spumeum vocat; alii Angelicæ, alii Eryngii, alii Zedoariæ, alii Pastinacæ sylvestris speciem esse autumant. Nos verò, cum neotericis, radicem hujus Lychnidis, vel Behen album esse, vel pro succedaneo ejus haud temerè usurpari posse opinamur.

A. 2. Saponaria, *Offic.* *Ger.* 360. *Emac.* 444. *Raii Hist.* ii. 999. *Merc. Bot.* i. 67. *Phyt. Brit.* 108. *Mer. Pin.* 109. Saponaria major lævis, *C. B. Pin.* 206. Saponaria vulgaris, *Park. Theat.* 641. *J. B. iii.* 346. Saponaria vulgaris simplex, *Hist. Oxon.* ii. 547. Saponaria, Struthium, Lanaria, *Chab.* 447. Lychnis Saponaria dicta, *Raii Synop.* iii. 339. Lychnis, Saponaria dicta major vulgaris simplex, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 395. Lychnis sylvestris, quæ Saponaria vulgo, *Tourn. Inst.* 336. *Elem. Bot.* 281. *Boerb. Ind. A.* 212. *Dill. Cat. Giff.* 153. *Rupp. Flor. Jen.* 92. *Buxb.* 199. **Sape-wort.** Juxta torrentes nascitur, sed rarius. Julio floret. In *Usu* sunt Radices, herba. *Vires.* Strenuè attenuat, aperit; sudorifica est. *Ufus* in Asthmate, Utero, & Mensibus ciendis, in Lue Venerea. Extrinsecus ptarmica est; tumores, ac præcipuè panos discutit.

A. 3. Lychnis coronaria, *Offic.* *Chab.* 443. Lychnis coronaria vulgo, *J. B. iii.* 340. *Raii Hist.* ii. 993. Lychnis coronaria Dioscoridis sativa, *C. B. Pin.* 203. *Tourn. Inst.* 334. *Elem. Bot.* 280. *Boerb. Ind. A.* 210. *Rupp. Flor. Jen.* 91. Lychnis coronaria vulgaris, *Park. Theat.* 629. Lychnis coronaria rubra simplex, *Parad.* 252. Lychnis coronaria rubra, *Ger.* 381. *Emac.* 467. Lychnis coronaria sativa flore rubro, *Hist. Oxon.* ii. 548. **Rose-Campion.** In hortis colitur. Junio floret. *Usu.* Semen. *Vires.* Bilem

lem per alvum trahit; ictus à scorpione subvenit, *Disfc.*

A. 4. *Lychnis sylvestris*, *Offic.* *Lychnis sylvestris rubello flore*, *Ger. Emac.* 469. *Raii Hist.* ii. 994. *Synop.* iii. 339. *Mer. Pin.* 74. *Lychnis sylvestris*, flore rubello, fortè *Hesperis Theophrasti*, *Merc. Bot.* i. 48. *Phyt. Brit.* 71. *Lychnis sylvestris*, flore rubro, *Park. Theat.* 631. *Lychnis sylvestris* five *aquatica purpurea simplex*, *C. B. Pin.* 204. *Dill. Cat. Giff.* 69. *Rupp. Flor. Jen.* 91. *Tourn. Inst.* 335. *Elem. Bot.* 280. *Boerb. Ind. A.* ii. 211. *Lychnis sylvestris* minus *hirsuta*, flore rubello, simplici, *Hist. Oxon.* ii. 541. *Ocymoides purpureum multis*, *J. B. iii.* 343. **Red Wild Campion.** Ad sepes. Æstate floret. *Usu.* Semen. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

A. 5. *Ocymoides*, *Offic.* *Chab.* 446. *Ocymoides album multis*, *J. B. iii.* 342. *Ocymoides*, *Ocymastrum*, *Chab.* 446. *Lychnis sylvestris flore albo*, *Ger. Emac.* 468. *Park. Theat.* 630. *Raii Hist.* ii. 994. *Synop.* iii. 339. *Merc. Bot.* i. 49. *Phyt. Brit.* 71. *Lychnis sylvestris alba simplex*, *C. B. Pin.* 204. *Tourn. Inst.* 334. *Elem. Bot.* 280. *Boerb. Ind. A.* 211. *Lychnis sylvestris hirsuta*, perennis, alba, simplex, *Hist. Oxon.* ii. 541. *Ocymastrum vulgo*, *Herm. Cat.* **White Campion.** Inter segetes, & ad sepes. Æstate floret. *Usu.* Semen. *Vires.* Siccatur; tenuium est partium, *Galen.* Viperarum, cætorumque serpentium moribus medetur. *Ischiadicos* juvat, *Disfc.* In liquore posseti decocta remedium est optimum in convulsione puerorum, *Raii Hist.*

A. 6. *Nigellastrum*, *Offic.* *Lychnis segetum major*, *C. B. Pin.* 204. *Raii Hist.* ii. 998. *Synop.* iii. 338. *Rupp. Flor. Jen.* 92. *Buxb.* 199. *Dill. Cat. Giff.* 103. *Tourn. Inst.* 335. *Elem. Bot.* 280. *Lychnis hirsuta segetum major*, *Hist. Oxon.* ii. 542. *Lychnoides segetum* five *Nigellastrum*, *Park. Theat.* 632. *Nigella Brunfelsii & Officinarum*, *Volck.* *Pseudomelanthium*, *Ger.* 926. *Emac.* 1087. *Mer. Pin.* 98. *J. B. iii.* 341. *Merc. Bot.* i. 62. *Phyt. Brit.* 99. *Pseudomelanthium*, *Nigellastrum*, *Chab.* 443. *Nigella Brunfelsii & Officinarum*, *Volck. Flor. Nor.* 266. **Cockle.** Inter segetes. Junio & Julio floret. *Usu.* Semen. *Vires.* Calidum, & siccum est; in pello cum melle subditum, menses evocat, *Hippocrat.* Extollitur à nonnullis vi vulneraria. Radicem in sistenda hæmorrhagia, si linguæ subdatur, & aliquamdiu in ore detineatur, laudibus extulit *Sen-*

*nertus*; seque hujus stupendam vim expertum scribit *S. Pauli Quadri. Bot. Buxb.*

A. 7. *Vaccaria*, *Offic.* *Ger.* 395. *Emac.* 492. *J. B. iii.* 357. *Chab.* 448. *Lychnis segetum rubra foliis Perfoliatæ*, *C. B. Pin.* 204. *Raii Hist.* ii. 999. *Rupp. Flor. Jen.* 92. *Dill. Cat. Giff.* 148. *Buxb.* 199. *Tourn. Inst.* 335. *Elem. Bot.* 281. *Boerb. Ind. A.* 212. *Lychnis segetum*, *Vaccaria rubra dicta*, *Park. Theat.* 633. *Lychnis segetum Vaccaria dicta*, *Hist. Oxon.* ii. 542. **Cow-Wasil.** Inter segetes, Junio & Julio floret. *Usu.* Semen. *Vires.* Calidum est, & siccum; Urinam provocat.

A. 8. *Muscipula*, *Offic.* *Muscipula viscaria* five *Lychnidis species*, *J. B. iii.* 349. *Chab.* 445. *Viscaria*, *Ger.* 481. *Viscaria* five *Muscipula*, *Ger. Emac.* 601. *Lychnis viscosa rubra altera sylvestris*, *C. B. Pin.* 205. *Raii Hist.* ii. 1001. *Tourn. Inst.* 337. *Elem. Bot.* 281. *Lychnis sylvestris rubra minor*, *Park. Theat.* 632. *Lychnis viscosa rubra*, multis foliis angustis, parvis, cingentibus genicula superiora, *Hist. Oxon.* ii. 542. **Catch Fly.** Inter segetes sponte nascitur. Junio & Julio floret. *Usu.* Semen. *Vires.* Cum prioribus viribus convenire creditur.

A. 9. *Armeria*, *Lychnis flore laciniato*, *Mont. Ind.* 37. *Armerius pratensis*, *Ger.* 480. *Emac.* 600. *Armerius sylvestris*, *Merc. Bot.* i. 21. *Phyt. Brit.* 10. *Armoraria pratensis mas*, *Mer. Pin.* 11. *Lychnis plumaria sylvestris simplex*, *Park. Parad.* 253. *Raii Hist.* ii. 1000. *Synop.* iii. 338. *Lychnis pratensis flore laciniato*, simplici, *Hist. Oxon.* ii. 537. *Tourn. Inst.* 336. *Elem. Bot.* 281. *Boerb. Ind. A.* 213. *Dill. Cat. Giff.* 69. *Rupp. Flor. Jen.* 92. *Buxb.* 200. *Caryophyllus pratensis laciniato flore simplici*, five *Flos Cuculi*, *C. B. Pin.* 210. *Flos Cuculi*, *Odontis quibusdam*, *J. B. iii.* 347. *Flos Cuculi*, *Odontitis Plinii*, *Chab.* 445. **Meadow-Pink.** In pratis humidis. Maio floret. *Usu.* Flos. *Vires.* Alexipharmaca est, & commendatur ad venena, *Chab.*

A. 10. *Saxifraga antiquorum*, *Offic.* *Saxifraga antiquorum quibusdam*, *J. B. iii.* 338. *Chomel.* 233. *Raii Hist.* ii. 1033. *Saxifraga antiquorum quibusdam*, *Gypsophyton*, & *Symphytum petræum*, *Chab.* 443. *Saxifraga magna Matthioli*, *Ger. Emac.* 605. *Saxifraga major Italarum Matthioli*, *Park. Theat.* 426. *Caryophyllus Saxifragus*, *C. B. Pin.* 211. *Lychnis minor Saxifraga*, *Pluk. Almag.* 233. *Tourn. Inst.* 338. **The Great Saxifrage of Matthioli.** In summitate montis Lu-

pi. Junio floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* Mirificè tota planta calculos comminuit & expellit, *Matth.*

*Dioscorides* de Saxifraga sua tradit, *Quod frutex furculosus sit, in petraeis & asperis locis nascens, Epithymo similis.* Quæ descriptio adeo brevis est, ut multas inter Auctores excitaverit controversias; multæque stirpium diversæ omnino species vel pro ea habeantur, vel eo nomine appellentur. In Officinis nostris Anglicanis duo plantarum genera Saxifragæ nomine insigniuntur, proque ea usurpantur; quarum utrumque priore volumine tradidi, pag. 125. & 127. Verum earum neutrum cum *Dioscoridis* descriptione convenit, quamvis eadem vires illis ab Auctoribus tribuantur. Hoc in loco inquirendum restat quænam planta Saxifraga Antiquorum fuerit. *Matthioli* & *Lugdunensis* Auctor Satureiæ speciem esse volunt; quæ à *C. Bauhino* eadem esse censetur cum Thymbræ S. Juliani *Lobeliana*. *Parkinsonus* Saxifragam veram *Matthioli*, & Thymbram S. Juliani *Lobelii*, unam & eandem plantam nullatenus probat; ideoque *C. Bauhinum* reprehendit, quod utrumque Satureiæ suæ spicæ Synonymam facit, & affirmat, plantam illam, quam ipse vidit & gustavit, minimè vel odore vel gustu cum Satureia vel Thymo convenire; sed Thymo suo inodoro, *Prod.* pag. 108. eadem esse imaginatur. *Dodonæus* & *Gerardus* Serpyllum vulgare *Dioscoridis* Saxifragam esse iudicant. At nec huic opinioni consentire potest *Parkinsonus*, nec sanè immeritò iudicio nostro prædictas opiniones rejecisset, ni ipse interim plantæ *Matthiolanæ* nimis pertinaciter adhæsisset, cum potiore ratione aliam ejusdem Auctoris ad *Dioscorideam* potius accedit, quam nos idcirco pro ea habemus: De cujus admirandis viribus in calculo comminuendo & expellendo, non tantum experientiâ propriâ comprobatis, sed etiam *Calceolarii* Pharmacopœi *Veronensis* (qui eam sibi primò communicavit) testimonio confirmatis, ad *Matthiolum* ipsum Lectorem remitto.

### III. De Cisto Ladanifera.

**N**Otæ sunt, Fruticosum esse, & substantiâ lignâ, florem habere pentapetalon amplum, & quasi roseum, caducum; capitula pentagona, *R. H.* pag. 1006.

A. 1. Cistus ladanifera, *Offic.* Cistus ladinifera Cretica vera, *Park. Theat.* 666. Cistus ladanifera Cretica flore purpureo, *Tourn. Cor.* 19. *Itin.* i. 59. Cistus à qua Ladanum in Creta colligitur,

*Bellen. Obs.* lib. i. cap. 7. Cistus, Ledon Cretense, *C. B. Pin.* 467. *Jonf. D.* Cistus laurinis foliis, *Wheel. Itin.* 219. Cistus Ledon *Matthioli*, *Ger.* 1107. *Emac.* 1289. Ladanum Creticum, *Alpin. Exot.* 89. **The true Ladaniferous Shrub.** Ex foliis hujus plantæ in Insula Creta exsudat Refina illa odorata Ladanum & Labdanum in Officinis nostris dicta, quæ in Catalogo *Simplicium*, nescio quo casu, omiſſa est. Laudatur odoratum, odore valido sed suavi, inflammabile, accensumque gratum odorem halans, pingue, facile mollescens, friabile, colore ex purpureo-fulco. Modus colligendi à *Bellonio* sic describitur: "Græci peculiare instrumentum parant rastro dentium experti simile: Huic affixæ sunt multæ ligulæ sive zonæ è corio rudi confectæ, eas leniter affricant ladaniferis fruticibus, ut inhæreat liquidus ille humor circa folia concretus; qui deinde à ligulis per summos ardores Solis cultris est abradendus." *Vires.* Emollit, digerit, maturat, attenuat; orificia venarum reserat, inspissat. *Ufus* præcip. in capite humido ac catarrhoso, in Dysenteria, &c. Extrinsecus ejus usus est in emplastris emollientibus, anodynis, tussim sedantibus, in alepecia, in odontalgia, in cardialgia, doloreque ventriculi, in suffocatione uteri; cicatrices curat, *Schrod.*

A. 2. Cistus mas, *Offic. Park. Parad.* 421. *Ger.* 1093. *Emac.* 1275. Cistus, *Chab.* 95. Cistus mas folio rotundo, hirsutissimo, *C. B. Pin.* 464. *Raii Hist.* ii. 1007. Cistus mas major, folio rotundiore, *J. B.* ii. 2. *Tourn. Inst.* 259. *Elem. Bot.* 227. *Boerb. Ind. A.* 275. Cistus mas folio subrotundo, *Park. Theat.* 658. Cistus rotundifolius flore roseo, *Rupp. Flor. Jen.* 101. **Pale Holly. Rose, or Cistus.** In Italia & Hispania sponte oritur; apud nos tantum in hortis reperitur. Æstate floret. *Ufu.* Folia, flos. *Vires.* Vim habet astringentem; profunt dysentericis, & diarrhœis; ulceraque oris vetera, ambustaque sanant. Flores magis sunt efficaces, *Galen.*

A. 3. Ledum Rosmarini folio, *Buxb.* 182. *Rupp. Flor. Jen.* 101. Cistus, Ledon foliis Rosmarini ferrugineis, *C. B. Pin.* 467. *Raii Hist.* ii. 1006. Cistus, Ledum Silesiacum, *Ger.* 1106. *Emac.* 1288. Rosmarinus sylvestris quorundam, *J. B.* ii. 23. *Chab.* 103. Rosmarinum sylvestre Bohemicum *Matthioli*, sive Ledum Silesiacum *Clusii*, *Park. Theat.* 75. **Bohemian Rosemary.** In sylvis. Julio floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* Vim habet inebriativam; hinc multis Saxoniz locis cerevisiâ incoquitur, ut citius inebriet rusticos, illam cere-

cerevisiam bonam putantes, quā per aliquot dies caput gravatur, *Buxb.* Apponitur vulgō ad abigendas tineas, *Rupp.*

A. 3. Cistus Hypocistidem ferens, *Offic.* Cistus mas vulgaris, *Park. Theat.* 658. Cistus mas cum Hypocistide, *Ger.* 1093. *Emac.* 1275. Cistus mas folio oblongo, incano, *C. B. Pin.* 464. *Jonsf. D. Tourn. Inst.* 459. *Elem. Bot.* 227. *Boerb. Ind. A.* 275. Cistus mas iv. Monspelienfis folio oblongo, albido, *J. B. ii.* 3. *Chab.* 95. **Cistus with the Hypocistus.** In saxosis collibus, & sylvis reperitur. Æstate floret. *Usu.* Hypocistis, quæ summis cespitibus hujus radicis adhæret. Vide *Cap. de Hypocist.*

A. 4. Cistus foemina, *Offic.* *Ger.* 1094. *Emac.* 1276. Cistus, *Park. Parad.* 422. Cistus foemina vulgaris, *Theat.* 660. Cistus foemina folio Salvie, *C. B. Pin.* 464. *Raii Hist.* ii. 1008. *Tourn. Inst.* 259. *Elem. Bot.* 227. *Boerb. Ind. A.* 275. Cistus folio Salvie, *Rupp. Flor. Jen.* 101. Cistus foemina Monspeliana, flore albo, *J. B. ii.* 4. *Buxb.* 96. **Female Holy Rose.** In hortis colitur. Æstate floret. *Usu.* Folia, flos. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

Cistus à *Dioscoride* sic describitur: "Frutex est in petrosis locis nascens, multis ramis præditus, foliosus, non altus: Folia rotunda, acerbata, hirsuta: Flores velut Mali Puniceæ, sed in foemina albi."

## IV. De Helianthemo.

**H**ujus notæ, Calices ad modum floris expansi, triphylli capsulæ trigonæ, in tres carinas debiscentes, *R. Meth. A.* p. 109.

A. Panax Chironium, Helianthemum, *Offic.* Panax Chironium Matthioli, *Jonsf. D.* Chamæcistus vulgaris flore luteo, *ejusd. & C. B. Pin.* 465. *Raii Hist.* ii. 1013. Chamæcistus vulgaris flore luteo; Panax Chironium, five Flos Solis, *Merc. Bot.* i. 28. *Phyt. Brit.* 26. Chamæcistus vulgaris flore luteo, five Helianthemum Anglicum luteum & album, *Mer. Pin.* 24. Helianthemum vulgare, *Park. Theat.* 656. *Raii Synop.* iii. 341. Helianthemum Anglicum luteum, *Ger.* 1100. *Emac.* 1282. Helianthemum vulgare flore luteo, *J. B. ii.* 15. *Chab.* 100. *Tourn. Inst.* 248. *Elem. Bot.* 215. *Boerb. Ind. A.* 276. *Dill. Cat. Giff.* 82. *Rupp. Flor. Jen.* 95. *Buxb.* 152. Cistus humilis, five Chamæcistus vulgaris flore luteo, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 155. Cistus humilis vulgaris flore luteo, *Volck. Flor. Ner.* 111.

*Pluk. Almag.* 107. **Dwarf Sun-flower.** In montosis ficcioribus, & cretaceis. Junio & Julio floret. *Usu.* Radix, herba. *Vires.* Potā radix serpentum venenis resistit. Illita coma præstat, *Diosc.* Vulneraria est planta, ad demulcendum optimè adhibetur formā decocti, imprimis in diarrhoeis, hæmorrhagiis, & morbis faucium, *Boerb.* Planta est vulneraria, & astringens; unde in omnibus affectibus, quibus fluxus nimius conjunctus est, symphyti, aliarumque consolidarum more usurpari potest, *J. B.*

## V. De Hyperico.

**N**otæ sunt, Flores flori staminibus multis cum stylo triplici; vasculum seminale è tribus partibus compositum; coma attritu sanguineum succum reddens, *R. Synop.* p. 142.

A. 1. Hypericum, *Offic.* *Ger.* 432. *Emac.* 539. *Raii Hist.* ii. 1018. *Synop.* iii. 342. *Mer. Pin.* 64. Hypericum vulgare, *C. B. Pin.* 279. *Park. Theat.* 572. *Tourn. Inst.* 254. *Elem. Bot.* 222. *Hist. Oxon.* ii. 459. *Rupp. Flor. Jen.* 98. *Dill. Cat. Giff.* 103. *Buxb.* 162. Hypericum vulgare five perforata caule rotundo, foliis glabris, *J. B. iii.* 381. Hypericum vulgare, Perforata, Fuga Dæmonum, *Merc. Bot.* i. 44. *Phyt. Brit.* 61. **St. John's-woort.** In dumetis, & ad sepes. Julio floret. In *Usu* sunt, Herba, flores, semen. *Vires.* Est partium tenuium, diureticum, ac vulnerarium. Usus præcipui in vulneribus mundificandis, consolidandis, in sanguine coagulato resolvendo, in calculo renum atterendo, in lumbricis fugandis. Extrinsecus in contusionibus (præcipuè nervorum) in tremore, in vulneribus. Tinctura florum in Mania.

A. 2. Ascyrum, *Offic.* *Ger.* 434. *Emac.* 542. *Raii Hist.* ii. 1019. *Merc. Bot.* i. 21. *Phyt. Brit.* 12. *Mer. Pin.* 11. Ascyrum vulgare, *Park. Theat.* 574. Hypericum Ascyron dictum, *Chab.* 455. Hypericum Ascyron dictum, caule quadrangulo, *J. B. iii.* 382. *Raii Synop.* iii. 344. *Tourn. Inst.* 255. *Elem. Bot.* 222. *Boerb. Ind. A.* 241. *Dill. Cat. Giff.* 171. *Rupp. Flor. Jen.* 99. *Buxb.* 163. Hypericum seu Androsæmum Ascyrum dictum, caule quadrangulo, glabro, *Hist. Oxon.* ii. 471. **St. Peter's-woort.** In locis aquosis oritur. Julio & Augusto floret. *Usu.* Herba, flos, semen. *Vires.* Herba & flores ejusdem cum Hyperico usūs sunt, *Lobel.* Semen ad ischiadicis utilis est; biliosa per alyum purgat, *Diosc.*

H h

A. 3. Coris,

A. 3. Coris, *Offic.* Coris lutea, C. B. Pin. 280. Coris Matthioli, Ger. Emac. 544. Park. Theat. 570. Coris legitima Cretica Belli, ejusd. Hypericoides, Coris quorundam, & Coris legitima Cretica, J. B. iii. 384. Chab. 456. Raii Hist. ii. 1018. Hypericum seu Coris legitima Ericæ similis, Hist. Oxon. ii. 469. Hypericum saxatile tenuissimum & glauco folio, Elem. Bot. 322. Tourn. Inst. 255. **Bastard St. John's wort.** Insulae Cretæ Indigena est. Maio floret. Ufu. Semen. Vires. Urinas mensisque ciet : est & auxilio ex vino potum à phalangio demorsis, Ischiadicis, & Ophithonoticis, Diosc.

A. 4. Androsæmum, *Offic.* Androsæmum vulgare, Park. Theat. 575. Merc. Bot. i. 19. Phyt. Brit. 8. Mer. Pin. 8. Raii Hist. ii. 1020. Androsæmum maximum frutescens, C. B. Pin. 280. Boerb. Ind. A. 242. Hypericum maximum (quasi frutescens) bacciferum, Hist. Oxon. ii. 472. Hypericum maximum Androsæmum vulgare dictum, Raii Synop. iii. 343. Siciliana, aliis Cicilianæ, vel Androsæmum, J. B. iii. 384. Siciliana, vel Androsæmum, Tota Bona quibusdam, Chab. 457. Clymenum Italicum, Ger. 435. Emac. 543. **Tutsan, or Park-leaves.** In dumetis, & sepibus. Julio & Augusto floret. Ufu. Folia, flos, semen. Vires. Cum Hyperico viribus convenit.

#### VI. De Harmela.

**A**B Hyperico differt, foliis dissectis alternatim in caule sitis; floribus albis, Raii Method. A. p. 192.

A. Ruta sylvestris, Harmel, *Offic.* Ruta sylvestris flore magno, albo, C. B. Pin. 336. Raii Hist. i. 878. Hist. Oxon. ii. 508. Ruta sylvestris Syriaca, sive Harmala, Park. Theat. 133. Ruta, quæ dici solet Harmala, J. B. iii. 200. Chab. 377. Harmala, Ger. 1073. Emac. 1255. Tourn. Inst. 257. Boerb. Ind. A. 261. **Wild Rue.** In hortis Botanicorum, Julio floret. Ufu. Herba, semina parva, angulosa, nigricantia. Vires. Scribunt Arabes, hujus femine inebriari homines, adeo ut subinde diutius dormiant; maximeque confert in melancholia.

#### VII. De Alfine.

**N**Otæ sunt, Folia conjugatim in caule sita, calyx ad modum floris in plura segmenta, seu folia expansus; vascula seminalia, simplicia, unica intus

cavitate, seminibus medium occupantibus, exterius protegente vasculo, R. Synop. p. 145.

A. 1. Alfine, *Offic.* Alfine minor, Park. Theat. 760. Alfine media, C. B. Pin. 250. Hist. Oxon. ii. 550. Tourn. Inst. 245. Elem. Bot. 208. Boerb. Ind. A. 209. Rupp. Flor. Jen. 87. Dill. Cat. Giff. 41. Buxb. 16. Merc. Bot. i. 18. Phyt. Brit. 6. Alfine minor sive media, Ger. 489. Emac. 611. Alfine vulgaris sive Morfus Gallinæ, J. B. iii. 363. Raii Hist. ii. 1030. Synop. iii. 347. Alfine sive Morfus Gallinæ, Chab. 449. Alfine minor media, Mer. Pin. 5. **Chickweed.** In uliginosis ad sepes, & vias. Ufu. Herba. Vires. Refrigerat, & humectat. Easdem vires obtinet, quas Parietaria, præterquam quod non astringat: insigniter nutrire creditur; unde Atrophici, Phthisique laborantibus esca salutaris æstimatur, Schrod.

A. 2. Gramen Leucanthemon, *Offic.* Ger. 43. Emac. 47. Park. Theat. 1325. Gramen Fuchsi sive Leucanthemon, J. B. iii. 361. Chab. 448. Caryophyllus arvensis glaber flore majore, C. B. Pin. 210. Caryophyllus holosteus arvensis glaber flore majore, Raii Hist. ii. 1027. Synop. iii. 346. Holosteum vernum seu Gramen leucanthemon, Mer. Pin. 63. Holosteum vernum flore majore, Euphasia, Gramen Tragi, Merc. Bot. i. 43. Phyt. Brit. 60. Lychnis arvensis glabra, flore majore, Hist. Oxon. ii. 546. Boerb. Ind. A. 214. Alfine pratensis gramineo folio ampliore, Elem. Bot. 209. Tourn. Inst. 243. Dill. Cat. Giff. 50. Rupp. Flor. Jen. 87. Buxb. 18. Alfine holostea glabra, folio gramineo, flore majore, Volck. Flor. Nor. 21. **Butch-wort.** In sylvis, dumetis, & sepibus passim. Vere floret. Ufu. Herba. Vires. Refrigerandi & siccandi vi pollet. In inflammationibus oculorum prodest.

*Herbæ pentapetale foliis in caule  
alterno, aut nullo ordine positis.*

#### VIII. De Portulaca.

**N**Otæ sunt, Vasculum simplex, seu non divisum in loculamenta, quod per maturitatem horizontaliter rumpitur; flos flavus calyce bivalvi inclusus; folia crassa, succulenta, lævia, extremis rotunda, R. H. p. 1038.

A. 1. Por-

